



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 35. Sessio II. Concilii Tridentini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

„summis Pontificibus in Lateranensi Sy- Sæcul. XVI.  
 „nodo agitabantur, hinc necessitas petit, A.C. 1546.  
 „ut res pertractandæ dividerentur, & sin-  
 „gulis discutiendis peculiare Congrega-  
 „tiones assignarentur, demum vero seli-  
 „gerentur nonnulli, qui Decreta efforma-  
 „rent, circa quæ unicuique suam mentem  
 „in generalibus Congregationibus aperi-  
 „re integrum sit, ita tamen, ut ad stabi-  
 „liendam plenam libertatem Legati non  
 „nisi proponentium partes sustineant, suf-  
 „fragia vero in Sessionibus ferantur. „  
 Cum hoc statutum plurimorum consen-  
 su esset approbatum, Patres unice eo in-  
 tenti erant, ut altera Sessio indicere-  
 tur.

§. XXXV.

*Sessio II. Concilii Tridentini.*

Præstituta die septima Januarii anno *Labbe Coll.*  
 Domini supra millesimum quingen- *Conc. t. 4.*  
 tesimo quadragesimo sexto habita est *p. 741.*  
 secunda Concilii Sessio, cui præter tres *Pallav. hist.*  
 Legatos & Cardinalem Tridentinum in- *Conc. Trid.*  
 tererant quatuor Archiepiscopi, nimi- *l. 6. c. 5.*  
 rum Aquensis, Panormitanus, Upsalen- *Sleid. comm.*  
 sis in Suecia, & Armacanus in Scotia. *l. 16. p. 560.*  
 Hi duo postremi, quorum prior nomina-  
 batur Olaus Magnus, alter vero Rober-  
 tus Venantius seu Vaucopus, nunquam  
 suas Diœceses lustrabant, eoquod ea-  
 rum non nisi titulum accepissent, atque  
 sum-

Sæcul. XVI. summus Pontifex illos Romæ sustentaf-  
A.C. 1546. fet, eosque duntaxat eo consilio Triden-  
 tum ablegasset, ut Legatis suis opem,  
 consiliumque ferrent. Præter quatuor  
 hosce Archiepiscopos confluerant et-  
 iam viginti octo Episcopi, quos inter  
 merito numeratur Cardinalis Pachecus  
 Giennensis Episcopus. Aderant quo-  
 que tres Abbates ex Congregatione  
 Montis Cassini, quatuor Religiosorum  
 Ordinum Generales, ac circiter viginti  
 Theologi, qui in loco confessus stabant;  
 Castellatus autem & Quera, ambo Ro-  
 manorum Regis Legati, nec non Cardi-  
 nalis Augustani Procurator in scamno  
 Oratoribus designato confidebant, penes  
 eos vero octodecim Barones, seu vici-  
 narum ditionum Nobiles a Cardinale  
 Tridentino invitati sedes suas occupa-  
 bant. Posthæc Præfules solita veste in-  
 duti in primi Legati Palatio prius con-  
 venerant, inde vero quodam Crucis si-  
 gnum præferente ad Ecclesiam proce-  
 debant, penes quam trecenti milites in  
 duos ordines hinc inde distributi una-  
 cum quibusdam Nobilibus, quamprimum  
 Patres templum ingressi sunt, suos  
 sclopos festive explodebant, ac durante  
 Sessione ibidem excubias agebant. De-  
 mum Patres in unum congregati, nec  
 non Pontificio habitu ornati suas quis-  
 que sedes occuparunt, Joannes vero  
 Fon-

Fonseca Castrimarinus Episcopus rem <sup>Sæc. XVI.</sup> A.C. 1546.  
 divinam de Spiritu sancto peregit, qua  
 absoluta Coriolanus Martiranus D. Mar-  
 ci Episcopus sermonem habuit de cor-  
 ruptis temporum moribus, ac funesto  
 Religionis statu. His peractis, solitis-  
 que precibus pie persolutis Episcopus,  
 qui antea sacris operabatur, Bullam  
 prælegit, qua Procuratorum, qui ab-  
 sentium vices agebant, suffragia colli-  
 gere prohibitum erat. Refert Pallavi-  
 cinus, quod eodem tempore Massarelus,  
 qui Cervino Cardinali a secretis erat, il-  
 lam prælegerit orationem, qua, ut in  
 prima Sessione meminimus, Papæ Le-  
 gati Synodi Patres adhortabantur.  
 Hanc a Cardinale Polo fuisse compo-  
 sitam existimant nonnulli.

## §. XXXVI.

*Decretum de emendatione morum.*

In hac Sessione unicum duntaxat con- <sup>Labbe l. c.</sup>  
 ditum fuit Decretum, quod ab Epi- <sup>p. 741.</sup>  
 scopo Castrimarino prælectum hujus est  
 tenoris: *Sacrosancta Tridentina Synodus  
 in Spiritu sancto legitime congregata, in ea  
 præsentibus eisdem tribus Apostolicæ Sedis  
 Legatis, agnoscens cum B. Jacobo Aposto-  
 lo, quod omne datum optimum, & omne  
 donum perfectum desursum est, descendens a  
 Patre luminum, qui iis, qui postulant a se  
 sapientiam, dat omnibus affluenter, & non*  
 im-